

1737, 11

FACVLTATIS JVRIDICÆ
DECANVS,
CONR. WILHELMVS
Strecker/ JC_{TVS},

PRÆLAVDATÆ FACVLTATIS ET JVDICII
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PROFES-
SOR COD. PVBL. ORD. CIVITATIS SYNDICVS,
ET CONSVL PRIMARIVS,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM
ad L. Questionem fin. C. de fideicomm.

ET
DISSERTATIONEM INAUGURALEM
AD DIEM XVI. MAJI, MDCC XXXVII.
LECTOREM BENEVOLVM
PERHUMANITER INVITAT.

ERFORDIAE,
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.

LIBER
ACADEMIAE
DECANUS
CONR. WILHELMUS
BREITENWEG

RELIQUADATÆ FACULTATIS ET LIBRARI
HISTORIÆ THEOLOGICÆ ET CATHOLICÆ
SOP. CO. PLATE. ORD. CATH. ET S. IACOB.
ET CONSUL. LIMARIA.

ADIEINDAM RECITIONEM CARSOVIA

ad. 1. Recitationem secundum C. 15. Missam.

DISTRIBUTIONEM. INVOCATIONEM
PERMANENTIAE. INVOCATIONEM
LECTORIB. BENEDICTAM

EXORDIUM
T. I. JOHANNIS CHYSTOPHERI HERINGI
A. 1547. T. 1602.



Cum non solum leges nostræ civiles, sed & ipsum jus
naturæ, omniumque cultiorum gentium instituta
& mores, nihil magis moribundis deberi statuant
ac velint, quam ut supremæ voluntatis, postquam
jam aliud velle non possunt, de rebus suis propriis
ac pleno jure possessis, quarum liberi haetenus fuere mode-
ratores & arbitri, & adhuc dum sunt eo temporis articulo,
quo ultimam animi sui sententiam de eo, quod post dura
mortis fata fieri exoptant, declarant, per omnia liber sit stylus,
ratumque & inviolabiliter & sanctè servandum, quod
iterum non reddit, de iis expositum arbitrium. L. i. C. de SS.
Eccles. L. i. ff. qui test. fac. poss. ac integrum cuilibet sit, de-
mereri sibi ab aliis officia exhibita, compensare beneficia in
se collata, dignari aut heredis, aut legati vel fideicommissi
titulo illos, quos vel etiam suos, puta uxorem vel liberos,
sincerâ affectione complectitur, & id de se vel verè vel ima-
ginariè meruisse existimat, uno verbo, liceat cuique de suis
disponere pro lubitu & hæredem aut legatarium vel fidei-
commissarium scribere, in quem mentis sua tendit inclina-
tio libera. Adeoque continua precibus, flagitationibus, cla-
moribus ac persuasionibus per se aut personas intermedias
adhibitis, quibus testator fatigatus, ut tandem pertasus at-
que se à molestiis liberaturus hæredem vel legatarium faciat,

* 2

demum

demum extorta, aut suggestionibus vel intempestivis interrogationibus, aliisque artibus captatoriis illicitis, per quas non tam testatoris, quam potius alieni animi sententiam exprimere inductus est, expracticata voluntas, ex testamento relicta, corruere facit. LEYSER. Vol. 6. specim. 381. medit. 8. seqq. Modis, quibus hereditas defertur, aut legata vel fideicommissa relinquuntur, cum satis noti sint, non immorabor, illud saltem attingam, quod numerus testium ad legata & fideicommissa in testamentis extrajudicialibus non privilegiatis constituenda, sit quinarius, nisi defunctus etiam sine scriptura cum herede presente egerit, eique fideicommissum praestandum demandaverit, utpote quod sine ulla testibus subsistit, L. fin. C. de fideicommissu. quia tali in casu testator heredem in propria causa constituit testem, & si heres forte neget fideicommissum a defuncto relictum, id ipsum autem quis suspicatur, et si nec quantitatem indicare, nec suspicitionis sua argumenta afferre possit, tamen heredi juramentum recte defert, quoniam sufficit, si petens se offerat ad juramentum calumnia, quae oblatio instar probationis esse videtur; objiciunt quidem aliqui, libellum in quo nihil certi petitur, non sustineri, propterea vagam jurisjurandi delationem rejiciendam esse; Verum, si quantitas incerta sit, libellus generalis sustinetur L. 1. §. 40. ff. depos. & juramentum in casu presenti deferendum, aliud non est & consideratur, quam jusjurandum editionis aut manifestationis, quod in maxima incertitudine, praetito juramento de calunnia, admittitur. L. 6. §. 2. & 9. §. 3. ff. de edend. Varia autem ad legata & fideicommissa persequenda in jure nostro prodita sunt remedia, nempe actio ex testamento, rei vindicatio, si species fuerit legata, & actio hypothecaria. Sed an etiam legatario & fidicommissario particulari competit remedium ex L. fin. C. de Edict. D. Hadriani toll. acriter disputatur inter Doctores. Negant multi, ex quibus ENGELERECHT. ad tit. ff. quorum bon. §. 16. STRYK. U. M. ff. cod. §. 7. MEV. p. 1. de cisi. 97. NOCH. adipisc. poss. remed. 3. n. 133. COLER. de pro celi. execut. p. 3. C. 2. n. 32. FACHIN. lib. 5. controv. 31. HEIGI ad

ad §. 2. n. 23. I. de legat. KÖPPEN. lib. 1. Q. 155. n. 14. seqq. his
potissimum rationibus moti, quia dictum remedium L. fin.
conceptis verbis de hærede instituto loquitur, quæ verba,
cum non convenient legatario & fideicommissario, etiam di-
spositio convenire non debet, & remedium possessionis hoc
non habet locum, si extet contradictor d. L. fin. sed legata-
rius s. fideicommissarius semper habet contradictorem hære-
dem, deinde æquissimum est, ut legatarius ex manu hæredis
causam possessionis petat. §. 1. I. de legat. L. 1. §. 2. ff. quod le-
gut, cum hæredi beneficium immissionis ideo detur, quia vi-
cim defuncti susinet, creditoribus satisfacit, onera ipsi in-
cumbunt, actiones exercet & excipit; omnia hæc secus se
habent in legatario seu fideicommissario, propterea ratio fe-
stinandi ad possessionem in eo cessat. PERETZ. ad C. tit. de E-
dict. D. Had. toll. n. 6. Econtra probabilius plurimi affirmant,
ex quibus JASON. ad L. quæ dē legato n. 5. BOER. decis. 295. n.
12. NATTA tom. 1. Conf. 206. n. 4. SICHARD, ad D. L. fin. n. 12.
MYNSING. Cent. 5. O. 61. n. 6. HEIG. sibi contrarius p. 2. q. 7. n.
39. BRVNNEMANN. ad d. L. fin. n. 21. BESOLD. Vol. 4. Conf. 157.
n. 13. LAUTERBACH. in Conf. Tubing. noviss. Vol. 2. Conf. 134. n.
4. LEYSER. Vol. 4. Specim. 381. medit. 4. & passim alii, quia à
principali nempe testamento ad accessorium nempe legatum
aut fideicommissum valet argumentatio, & sicut directum
beneficium d. L. fin. datur hæredi universali; ita utile ex æ-
quitatis interpretatione potest intentari pro legato aut alia
re singulari, favorabiles enim sunt legatarii & semper & ubi-
que legata favorem connexum habent. TREVTLER. Vol. I.
Conf. 5. n. 35. & licet legatarius tria jam habeat remedia, hoc
tamen remedium utilius, pinguis, adeoque plenius & cele-
rius alicui provideret, insuper licet directum ex verbis legis
non detur, datur tamen utile, quia legatarius in re legata
quodammodo quasi hæres est L. 14. §. 1. ff. de usucap. atque
hoc remedium non quilibet contradictor impedit, sed ille,
qui rem ex titulo possidet, & exceptionem oppositam in
continenti probare potest, quæ vero altiorem indaginem
difficilemque dijudicationem requirit, non est attentenda.

RICHTER. ad L. fin. b. n. 221. deinde legatum petitur in regula ab hærede, cum non sit occupandum propria auctoritate, sed si hæres tergiversetur, officium judicis pro celeri immissione decernenda imploratur, & quia testator & hæredi & legatario prospicere voluit, hic æquè ac ille ad adipiscendam possessionem festinare poterit. Ex quibus ulcerius fuit, quod legatarius ex testamento nullo virtu visibili laborante executive recte agere possit. CARPZ. p. 3. C. 13. def. 31. LAUTERBACH. cit. loc. n. 5. LEYSER. cit. loc. medit. 5. FINCKELTHAVS. O. 121. n. 16. seqq. circa quam materiam publice ex cathedra fusius discurret

NOBILIS ET CLARISSIMVS
DOMINVS
**JOANNES FRIDERICVS
MERCKELL,**

Natus is Schmalcaldia die 12. April. An. MDCCLXII. parentibus piis & honestis Patre nimurum Viro Prænobili, Amplissimo & Consultissimo Dn. SALOMONE CHRISTOPHORO MERCKELIO, J. U. Doctore, Civitatis modo memorata Consule & Syndico, nec non Advocato Ordinario, Matre vero Foemina virtutibus sexum suum ornantibus valde conspicua, CHRISTINA ELISABETHA, Viri integerimi Dn. JOH. SEBASTIANI HVENEFELDII, Hereditarii quondam in Niederschmalcaldia ac Mercatoris Schmalcaldensis filia primogenita. Hi parentes optimi (quos benignissimum Numen per quadraginta & unum annum durante matrimonio in hunc usque diem salvos servavit, usque porro diu salvos servet, Candidatus pio precatur,) primam curam in id intenderunt, ut lavacrum generationis initiatetur. Postea, quamprimum ætas permisit, curæ atque Informationi private præceptorum quorundam domesticorum eum demandarunt & succedentibus

tibus annis in Scholam patriæ publicam miserunt, in qua
sub ductu Rectoris Dn. JOH. TOBIÆ CLEMENS
beatae memorie literarum fundamenta ex voto posuit. Sed
jactis hoc modo fundamentis latinitatis ad altiora adspira-
bat, hinc adiit parentes suos suavissimos, & ut sibi potesta-
tem frequentandi Gymnasium Illustrē Coburgense ad exem-
plum filii primogeniti facerent, ea, quæ filium decet, mode-
stia petiit, moxque petiti sui compos factus est; Certe gra-
tissima mente Candidatus recolit, quâ fideli Institutione &
manuductione ibidem usus sit Doctissimorum Dn. Professo-
rum, Dn. Professoris GILNTEIM, J. U. Doctoris, & Dn.
Professoris JOH. CONRAD SCHWARTZII, Theo-
logiæ Licentiati, & aliorum, quibus ducibus non tantum
humaniora stylumque latinum porro excoluit, sed etiam Phi-
losophiæ & Juris principia nota sibi reddidit, ita ut elaps⁹
biennio dignus judicatus sit, qui Academica tractaret. Hinc
Lipsiam in Saxonia Jussu patris sui recessit, ubi die 25. O-
ctobr. MDCC XXXI. sub Pro-Rectoratu Dn. Doct. HEIN-
RICI Klausing, S. Theologie Professoris publ. in nume-
rum civium Academicorum adscriptus est, in felici prosecu-
tione studiorum manus auxiliatrices Illi præbuerunt viri in
orbe literaria satis celeberrimi & doctissimi Professores &
Doctores, scilicet MULLER, FRANCKENBERG &
HACK, apud quos Collegia ad Pandectas, Introductionem
Puffendorfii ad Historiam Universalem & Institutiones Ju-
ris frequentavit, cum ibi per biennium commoratus esset,
non sine fructu patriam repetiit & deinceps parente sic
mandante Erfordiam profectus est, ubi studiosorum matricu-
læ inscriptus studium suum Juridicum ita audiendo in Ju-
ris & Philosophiæ scientia viros præstantissimos Dn. Profes-
sorem MOTSCHMANNVM in suo Collegio super Puf-
endorfii tractatum de officio hominis, Dominum Docto-
rem JOH. GEORGIVM RVMPELN in Collegio ad
Institutiones Juris, & Dominum Doctorem SCHÜTTIVM
ad Pandectas ad finem perduxit, quibus absolutis in patriam
recessit. Abinde ad nos reversus petiit ab Ordine nostro
ad-



admitti ad examen Doctorandorum rigorosum, petitioni
eius annuimus, ac textus ex utroque jure pro more elabo-
randos communicavimus, quos resolvit, & ita in ipso ex-
amine respondit, ut eum ad reliqua specimina, puta, lectio-
nem cursoriam ad L. fin. C. de fideicomm. & Disputationem
Inauguralem

DE

INCENDIIS

admisserimus. Ad quos Actus solennes Magnificus Uni-
versitatis Rector cum Proceribus & Studiofis perhumaniter
invitantur. Publicatum sub Sigillo Facult. Juridice die

12. Maji M DCC XXXVII.



WBI8




SL f





Farbkarte #13



1737, II

FACVLTATIS JVRIDICÆ
DECANVS,
CONR. WILHELMVS
& fræſer/ JC_{TVS},

RÆLAVDATÆ FACVLTATIS ET JVDICII
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PROFES-
SOR COD. PVBL. ORD. CIVITATIS SYNDICVS,
ET CONSVL PRIMARIVS,

AD
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM
ad L. Questionem fin. C. de fideicommiss.

ET
ISSERTATIONEM INAUGURALEM
AD DIEM XVI. MAJI, MDCC XXXVII.
LECTOREM BENEVOLVM
PERHVMANITER INVITAT.

ERFORDIAE,
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.